



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

28

343.



1219K



28

343.



600011219K



✓
27 1828
JOAN. GODOFR. LUD. KOSEGARTENI

S. S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE ET LITTERAR. ORIENTAL.
IN ACADEMIA GRYPHISVALDENSI PROF. PUBL. ORDIN., SOCIETATUM
PARISIENSIS ASIATICAE, REGIAE BRITANNICAE ASIATICAE, POME-
RANAE ATQUE THURINGICAE ANTIQUITATUM PATRIARUM
SCRUTATORUM SODALIS

CHRESTOMATHIA ARABICA

EX

CODICIBUS MANUSCRIPTIS

PARISIENSIBUS, GOTHANIS ET BEROLINENSIBUS

COLLECTA

ATQUE

TUM ADSRIPTIS VOCALIBUS, TUM ADDITIS LEXICO

ET

ADNOTATIONIBUS EXPLANATA



LIPSIÆ 1828

SUMTU FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

343.

١

ع ٤٠٤

P R A E F A T I O.

Litteras arabicas Jenae, atque deinde Gryphisvaldiae tradenti mihi haud exiguam utilitatem capturi visi sunt discipuli ex libro, vel academicis scholis explicando, vel si magistro quis careat privatis studiis tractando, qui locos arabicos quum emendate editos, tum vocalibus accuratius adscriptis adjectisque lexico et adnotationibus explanatos juvenibus nobilissimae linguae addiscendae studiosis exhiberet; lexica arabica enim quae exstant ideo a tironibus perraro in usum adhiberi possunt, quia nonnisi magno sumtu parabilia sunt. Hujusmodi librum itaque ad conficiendum quum animum appulsem, eundem non modo discipulis, verum doctioribus viris quoque magis etiam commendabilem me editurum existimavi, si in eum referrem locos ineditos, qui ad illustrandum ingenium Moslemorum eorumque historiam facerent. Quod ut efficerem, ex codicibus manu scriptis Parisiensibus, Gothanis et Berolinensibus, quorum volvendorum copia mihimet ipsi facta fuit, locos ineditos, qui ad tale quid spectare videbantur, elegi, eosque modo supra memorato explanatos hoc libro complexus sum. Singula vero, quae in hoc negotio perficiendo praestare volui, haec potissimum fuerunt.

Primum scripturam vocalibus ita accurate instructam dare volui, ut ubique praeceptis grammaticis satis fieret; quod fieri

propterea necessarium existimavi, quoniam tirones non modo praeceptis grammaticis traditis, verum etiam repetita lectione et pronuntiatione scripturae emendatae editae edocendi sunt, pronuntiandum non esse يَسْعُ sed يَسَعُ, neque gaudium esse فَرْحٌ sed فَرَحٌ; usus assiduus enim in quacunque re multum docet, ingeniorumque tarditati succurrit. Qui tirones statim ad ea legenda accedunt, quae vel vocalibus perverse adscriptis foedata sunt, vel vocalium signis prorsus carent, iis, ut experientia me docuit, saepenumero accidit, ut perversam vocabulorum pronuntiationem amplectantur, a qua ipsi deinde perquam aegre depellantur. Recta autem accurataque vocabulorum pronuntiatione etiam apud Arabes solida subtilisque grammaticae cognitio ita nititur, ut qui vocales non ita multum curandas esse putet, ei videndum sit, ne mox totum huius linguae studium abjiciat. Qui vero in addiscenda lingua nonnihil jam profecerunt, iis certe procedendum est ad legendam scripturam vocalium signis non explanatam; quod ut hoc quoque libro adhibito fieri possit, etiam locos, quibus vocales vel non integrae, vel prorsus nullae adscriptae sunt, in extrema libri parte adjeci.

Deinde allaboravi, ut tales hoc libro reponerem locos, qualibus tractandis tirones potissima linguae parte imbuerentur, qua arabica, quum numeris soluta, tum poetica, longe plurima conscripta sunt, et in quam propterea ubicunque fere incidit qui arabica legit; nolui contra tirones primo statim ad scrutanda singularia quaedam dicendi genera adpellere, quae nonnisi in paucioribus libris arabicis usurpata deprehenduntur; ex quibus sunt sermo ille saepe abruptus, incitatus et subobscurus, quo usus est auctor Korani, atque oratio

priscis poetis Arabibus usitata, concisa illa grandibusque antiquisque verbis ornata, et stilus ille adstrictus, verborum parvus, quo proverbia arabica dicta sunt. Quemadmodum enim qui latinis litteris erudiuntur primos volvendos accipiunt libros Caesaris, Livii, Ciceronis et carmina Virgilii et Horatii, quippe quibus major linguae pars et usitatissima continetur, serius vero adducuntur ad legenda ea, quae singulari quodam colore, eoque vel obsoleto, vel nimis artificioso, tincta videntur, veluti sunt libri Taciti, Apuleii, Tertulliani, et carmina Planti et Lucretii, ita etiam in addiscendis arabicis primi legendi mihi videntur libri historici stilo puro et simplici exarati, et qui alia argumenta tractant sermone polito, neque tamen artificiose exornato, deinde vero volvendi ii quoque libri, qui singularia dicendi genera aperiunt, ex quibus sunt Koranus, priscaque carmina et proverbia. Sermo, quo conscriptus Koranus est, in hoc solo libro reperitur; oratio vero, qua El mesûdi et Ettâberi, historici, usi sunt, eam in sexcentis, vel potius in sex millibus librorum usurpatam deprehendes; quam ob rem hac oratione prima tirones imbuerè, antiquius rebar. Hacc mecum reputans primas dedi aliquot narrationes, ex libro noctium mille atque unius, et aliis hujusmodi libris depromptas, quae res domesticas negotiaque familiaria, simulque ingenium et mores Arabum describunt, stilo simplici et interdum negligentiori exaratas, quem tamen, quantum licebat, ad praecepta grammatica reficere studui; amplam formarum grammaticarum copiam explicandam magistro et discipulis haec exhibent. Adjeci specimina nonnulla magnarum fabularum arabicarum, quas milesias veteres, romanenses vocare solent homines recentiores, ex ea scilicet quae nuncupatur historia bellatorum, atque ex historia Antarae sumta; haec stilo paulo altiori composita

sunt, ad rhythmicum passim accedente. Sequuntur capita nonnulla historica, ex annalibus Ettâberii, El mesûdii, El makrîsii, Ebu challekâni, El isfahânii, magni nominis viro-
rum, hausta. Claudunt agmen aliquot carmina et epigram-
mata, quae varia argumenta tractant, scripta sermone expolito,
attamen planiori, quam qui severus et asper priscis illis
poetis, Mohammedis aequalibus, usitatus est.

Libri manu scripti, ex quibus sumta sunt, quae ex
mille noctibus atque historia bellatorum et historia Antarae
deprompta dedi, non ubique satis emendate exarati sunt;
sed passim in iis nominativus positus est pro accusativo,
atque versa vice pro nominativo accusativus, aliaque hujus
generis perversa in iis scripta deprehenduntur, qualia in
exarandis libris ab indoctis librariis peccari jam Sacyus plus
semel notavit, Gram. arab. part. 2. §. 87; Calila et Dimna,
Paris. 1816. pag. 58 — 60. Quae scripturae perversae inpri-
mis eorum librorum in exemplaribus deprehendi solent, qui
leviora argumenta tractant; hi enim libri potissimum ab
hominibus indoctis, neque arte grammatica satis imbutis exa-
rabantur et transscribebantur. Ego vero sic existimavi, mei
officii esse, ut ex edenda scriptura arabica istas maculas a
librariis vel rudibus vel socordibus inductas, quantum possem,
tollerem, omniaque quae ponerem ad sana grammaticae prae-
cepta reficerem. Nam, ut vere arabice scribatur, non solum
videndum est, ut verba usurpentur ea, quae nemo jure
reprehendat, sed etiam ea sic et casibus, et temporibus, et
genere, et numero conserventur, ut ne quid perturbatum,
ac discrepans, aut praeposterum sit. Neque qui apud nos
viri clari libros graecos latinosque ex codicibus manu scriptis
edunt, scripturam multifaria librariorum sorde inquinatam
typis quoque exscribendam sibi esse ducunt, sed potius

scripturam foedissimis his vitiis quam maxime purgatam. Et quisnam tandem probatum sibi haberet criticum latine doctum, qui non aram, sed arum typis repraesentandum curaret, ita in codice scriptum vocabulum se reperisse affirmans? At inter viros doctos, qui apud nos arabica tractarunt, exstiterunt tamen qui, quae iis fuit religio, scripturas arabicas perversas, librariorum barbarie maculatas, nulla sanandi cura adhibita, etiam typis vulgandas esse existimarent, eo se expurgantes quod dicerent, vulgarem hunc esse Arabum sermonem, quem immutare critico non liceret. Quibus viris assentiri non audeo. Alius enim est sermo arabicus vere vulgaris, cum vocabulis decurtatis, adulteratis barbaricisque, tum formis grammaticis peculiaribus, veluti vocabulis **أُورَدْنِي** jussus tuns, **أَيُّوِي** ita est, **عَمَال** etenim, **يَبْتَقَدَّم** praecedit, **مُوِيَة** aqua, **مَانَاشِي** neque nos, hujusque generis alii mixtum, qualem in epistolis grammaticae Sacyanae praemis- sis, atque in dialogis grammaticae Savarianae, Paris. 1813. adjectis reperias; qui sermo corruptus et plebejus emendari nequit, nisi totus fere transformetur, eamque ob causam, quum typis vulgandus sit, etiam mihi intactus, quomodo- cunque se habeat, edendus videtur. Alius longe vero est sermo arabicus ille simplex quidem et planus, passimque etiam negligens, quo fabulae milesiae pleraeque, narrationesque de rebus domesticis exponentes conscriptae sunt; qui, dum- modo maculae a librariis dormitantibus vel grammaticae rudi- bus ei adpersae tollantur, ad purum emendatumque sermo- nem arabicum prope accedit. Quo sermone qui libri arabici scripti sunt, eos nonnisi recognitos purgatosque edendos esse duco, ne legentibus nauseam moveant; quamnam enim volup- tatem viri cordati ex fabulis nostris vernaculis capere possent,

si abjecto eo sermone expositae ederentur, quo proferuntur eorum ore sarcinatorumque? Cujus loquela specimina paucis edidisse satis est.

Porro lexicon adjeci, omnia quae in chrestomathia usurpata inveniuntur vocabula explanans, idque non ex Golio modo vel Castello transcriptum, sed ex Kamûso potius haustum Calecuttae edito, atque ex Haririo Sacyano. Multas vocabulorum formas ac significationes, quae in lexicis Goliano et Castelliano desiderantur, novas addidi; multa quae a Golio et Castellio perverse tradita sunt, emendatiora dedi; praepositionum imprimis vim et significationes varias plenius exponere studui additis exemplis; nomina propria quoque, in quibus pronuntiandis qui apud nos arabica tractant maxime peccare solent, in lexicon recepi omnia, eorumque significationes quodammodo saltem aperire volui. Tametsi enim mei quidem consilii haudquaquam esse poterat, ut dedita opera in hoc libro arctioribus finibus circumscribendo nominum propriorum origines et significationes investigarem, tamen ubicunque opportunum videretur de hac re quaedam memoratu digna adponenda esse existimavi.

Adnotationes denique addidi, quibus quum tirones, quum primum ad legenda arabica accedunt, adjuvare, tum magistros quoque admonere volui, quae maxime inter legendum et interpretandum tractanda, disserenda, et iterum iterumque discipulis inculcanda sint, ne hi etiam postea in parvis, tanquam in difficilioribus haereant, sed accurata linguae peritia imbuantur; nam in studiis grammaticis neque res parvae negligendae sunt, ne forte in parvis graviter labamur. Quibus in adnotationibus saepe etiam discipulos ad relegenda remisi earum grammaticarum capita, quae praeceteris apud nos in usum adhiberi solent, Sacyi scilicet,

Rosenmulleri et Tychsenii. Commode his adnotationibus usuri sunt ii quoque tirones, qui, quemadmodum ipse per aliquod tempus olim feci, nullo magistro praeunte, ad legendos libros arabicos se accingunt, eamque ob causam auxie aliquid quaerunt, unde adjumentum quaecunque sibi parare possint. Copiam adnotationum libenter dedissem majorem, nisi hoc prohibuissent fines libro a bibliopola, viro honesto, constituti; qui etiam commentationes criticas adjiungere vetuerunt.

Quae praestare volui, dixi; quae re vera praestitisse me, multum tamen abest ut dicere audeam. Subtilissima enim est lingua arabica, cui ut ubique satis fiat, haud mediocri doctrina industriaque opus est. Quam ob rem quae dedi, miti animo lectores ut accipiant rogo, recordenturque eorum, quae dixit Ebn el athîr, auctor libri qui inscriptus est: Ellobâb fi tehdsîb el anssâb:

إِنَّمَا السَّيِّدُ مَنْ عُدَّتْ سَقَطَاتُهُ وَأُخِذَتْ غَلَطَاتُهُ
فَهِىَ الدُّنْيَا لَا يَكْمُلُ فِيهَا شَيْءٌ

Superest, ut de fontibus, e quibus locos in chrestomathia repositos hausi, breviter exponam.

1. Historia nummularii Bagdadensis; pag. 1. e libro noctium mille atque unius sumta, et quidem e codice Gothano, quem Moellerus in catalogo librorum manu script. Gothan. Gothae. 1826. pag. 261. notavit numero 915—918. Frequentes vero scripturae locos refeci e codice Parisiensi, narrationes varias complectente, qui inscriptus est خُفَّةٌ فِي حِكَايَاتِ الْخُلَفَاءِ i. e. donum hominum elegantiorum ex historiis principum compositum; quo eadem nummularii historia legitur paulo copiosius exposita.

2. Historia cantatricis Bagdadensis; pag. 22. sumta e libro Gothano, qui inscriptus est: تَزِينُ الْأَسْوَاقِ بِتَفْصِيلٍ
 أَشْوَاقِ الْعُشَّاقِ تَأْلِيفُ الشَّيْخِ الْأَمَامِ الْعَالِمِ الْمُحَقِّقِ رَحْمَةُ
 اللَّهِ تَعَالَى رَحْمَةً وَاسِعَةً إِنَّهُ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ³ i. e. exornatio
 mercatum in distinctis amoribus hominum amore percitorum;
 opus magistri sacrorumque antistitis docti, sapientis, quem amplectatur
 Deus misericordia ampla; hic enim omnia perficere potest. Exponit hic liber de vi virtutibusque amoris, hominibusque sincero amore claris, ipseque epitome est excerpta ex opere majori, de quo mox dicam; codex, forma majori exaratus, in catalogo librorum Gothanorum ex oriente advectorum, quem manu scriptum reliquit Lorsbachius, numero 33. notatus est; quem numerum ei inscripserit Moellerus, reperire non potui. Alterum vero ejusdem libri exemplar Gothae exstat, minori forma minusque emendate scriptum, quod hanc habet inscriptionem: تَزِينُ الْأَسْوَاقِ مُخْتَصَرٌ مَصَارِعِ
 الْعُشَّاقِ تَصْنِيفُ الشَّيْخِ الْأَمَامِ الْعَلَامَةِ زَيْنِ الدِّينِ دَاوُدَ
 الطَّبِيبِ غَفَرَ اللَّهُ لَهُ وَجَمِيعِ الْمُسْلِمِينَ آمِينَ i. e. Exornatio
 angorum, quae est epitome excerpta ex spasmis hominum amore percitorum; opus magistri, sacrorumque antistitis doctissimi, Sein eddîni dawud ettabib, cui ignoscat Deus, omnibusque simul Moslemis; amen. Catalog. Lorsbach. nro. 392. Catalog. Moeller. nro. 956.

3. Historia Ammârae; pag. 28. sumta e libro Parisiensi, qui inscriptus est Eswâk el eschwâk مِنْ أَشْوَاقِ الْأَشْوَاقِ
 مَصَارِعِ الْعُشَّاقِ i. e. mercatus amorum excerpti ex spasmis

amatorum, vel hominum amore percitorum; auctor libri, qui de vi amoris exponit, iisque quae hominibus amore percitis accidere solent, est El bikâi vel أَبُو الْحَسَنِ إِبْرَاهِيمُ بْنُ عُمَرَ بْنِ حَسَنِ الرَّبَّاطِ بْنِ عَلِيٍّ بْنِ أَبِي بَكْرٍ الْبِقَاعِي. Ipse vero opus suum excerpfit ex majori opere, eadem argumenta tractante, quod inscriptum est مَصَارِعُ الْعُشَّاقِ i. e. spasmi hominum amore afflictorum, atque compositum a scriptore claro, cui nomen أَبُو مُحَمَّدٍ جَعْفَرُ بْنُ أَحْمَدَ السَّرَّاجِ الْمَعْرُوفِ بِالْقَارِي. Verba أَسْوَاقُ الْأَشْوَاقِ proprie significant: fora desideriorum, vel mercatus amorum; sed dicitur quoque حَوْمَةُ الْقِتَالِ سوقُ الْحَرْبِ mercatus belli, pro: vehementissimo proelio; quam ob rem hoc loco *mercatus amorum* pro *vehementissimis amoribus* accipi posse videntur. Pro حَسَنِ الرَّبَّاطِ fortasse legendum est حُسْنُ الرَّبَّاطِ vel حُسْنُ الرَّبَّاطِ.

4. Historia monitoris sinceri; pag. 35. sumta e libro Parisiensi, modo memorato, qui inscriptus est Eswâk el eschwâk. Vir quidam pius, El fodail ben ijâd, austerus officii monitor existit chalifae Harûn erraschîd.

5. Historia duorum amicorum; pag. 40. sumta e libro Eswâk el eschwâk. Exponuntur quae de amicorum decessu sentiant Moslemi.

6. De Udsritis aliisque hominibus sincero amore claris; pag. 46. sumta sunt e libro Eswâk el eschwâk. Quid de vi casti amoris sentiant Arabes, his declarantur.

7. De hominibus Deum reverentibus; pag. 54. sumta

sunt e libro Eswák el eschwák. Quatenus ex sententia Moslemorum praeceptis divinis insit vis, his exponuntur.

8. Historia servi cruci affixi; pag. 63. sumta e libro Parisiensi, anthologiam poeticam continente, qui inscriptus est الْمَرْجُ النَّصْرُ وَالْأَرْجُ الْعَطْرُ i. e. pratum floridum odorque fragrans, cujus auctor est مُحَمَّدُ بْنُ أَبِي بَكْرٍ الْأَسْيُوطِيُّ. Animi intrepidi exemplum exponit historia.

9. Historia interfectoris heroum; pag. 68. sumta e libro Gothano, quo auctor complexus est fabulam milesiam magnam; inscriptionem habet سِيْرَةُ الْمُجَاهِدِينَ وَالْأَبْطَالِ i. e. historia bellatorum heroumque piorum, fortium, atque patrum Mohammedis herois, quorum misceatur Deus laudibus celebrandus; amen. Catal. Moeller. nro. 761—772. Vocabulum دِلَهْمَةٌ, quod an cum justis vocalibus scripserim nescio, pluralis est fortasse vocabuli دِلَهْمٌ fortis; praeceptis grammaticis vero magis consentaneum esset دِلَاهِمَةٌ. Carminum, quibus haec fabula distincta est, metra passim turbata esse videntur.

10. Historia Dâdschi servi; pag. 84. sumta ex historia Antarae, herois fortissimi, et quidem e codice Gothano, qui inscriptus est: سِيْرَةُ حَيَّةِ بَطْنِ الْوَادِي الْقَادِحِ الزَّنَادِ الرَّفِيعِ الْعِمَادِ بَدْرِ الدَّوْلَةِ عَنَتَرِ بْنِ شَدَادٍ عَلَى التَّمَامِ وَالْحَمْدُ لِلَّهِ i. e. historia integra serpentis intimae vallis, contudentis igniaria, excelsa domo residentis, splendentis imperii lunae, Antarae ben scheddâd; celebrandus laudibus.

vero est Deus in rebus quibuscunque. Catalog. Moeller. nro. 718 — 759. Serpentem vallis, حَيَّةُ الْوَادِي, hominem vafrum ferocemque dicunt Arabes; Kam. pag. 1869. Locus, quem ex hoc libro excerptum in chrestomathiam recepi, exponit, quomodo per facinus quoddam perpetratum dignum et forte Antara primam quandam familiaritatem cum Abla contraxerit, puella nobili et formosissima, multis deinde carminibus ab eo celebrata. Rerum ab Antara gestarum expositiones variae, ab hominibus variis traditae, Irakensis scilicet et Hedschasensis, in librum receptae sunt; quod ex loco adparet, qui prius paulo quam is quem edidi in libro expositus legitur, scilicet hoc: وَصَارَ يَرْكَبُ الْخَيْلَ وَالْمِهَارَةَ وَيَتَعَلَّمُ عَلَى ظُهُورِهَا الْفُرُوسِيَّةَ وَالشُّطَارَةَ وَيَسُوقُ عَلَيْهَا فِي جَانِبِ الْأَقْطَارِ وَيَطْعَنُ بِالْقَصَبِ أَصُولَ الْأَشْجَارِ وَيَطْلُبُ لِنَفْسِهِ مَقَامَ الْعَرِ وَمَنَازِلَ الْأَفْئَحَارِ وَيَتَعَلَّقُ عَلَى مَا تُبْدِيهِ لَهُ نَفْسُهُ مِنْ نَشِيدِ الْأَشْعَارِ هَذَا فِيلٌ فِي السَّيْرِ الْعِرَاقِيَّةِ وَأَمَّا مَا قَالُوا رَوَاةَ السَّيْرِ الْحِجَازِيَّةِ فَانَّهُ إِذَا كَانَ أَتَفَرَّدَ فِي الْبَرِّ بِنَفْسِهِ يَقُولُ لِأَخِيهِ شَيْبُوبَ أَعْطِنِي عَبَاءَ تَكَ يَا شَاطِرَ السُّودَانِ فَإِذَا أَخَذَهَا يُعَلِّقُهَا عَلَى بَعْضِ الْأَغْصَانِ وَيَرْكَبُ عَنَتْرُ الْخَيْلِ الْجَيَادَ وَمَا يَزَالُ يَطْعَنُ فِيهِمْ حَتَّى يَهْلِكَ ذَلِكَ الْجَوَادُ الَّذِي يَرْكَبُهُ وَيَتْرُكُهُ وَيَرْكَبُ غَيْرَهُ وَيَتِمُّ عَلَى مَا هُوَ عَلَيْهِ حَتَّى يَمِزِقَ عَبَاءَ تَهُ وَجَاءَ i. e.: „Ferebatur itaque ille equis pullisque, quorum dorso inhaerens arti equestri operam dabat et lacesitioni;

per camporum tractus volabat, arborum radices jaculis petens, occasionesque sibi quaerens adipiscendae gloriae et honoris, indulgensque studio, in quod animus eum ferebat, recitandorum carminum. Ita traditum est in historia Irakensi. Ab historiae Hedschasensis auctoribus vero prodita haec sunt. In campos vastos ille secedens dixit Scheibûbo, fratri: da mihi togam, tuam, o ferocissime Nigritarum. Quam quum accepisset Antara, in ramo quodam suspendit; deinde conscendit equos generosos, quibus insidens a grassando non destitit, nisi peremto eo quo vehebatur generoso equo; quo relicto mox alium conscendit, et quod sibi sumserat negotium egit, donec tandem ipse discidit togam illam. Tum accesserunt fratres.“ Quibuscum conferenda sunt, quae in chrestomathia exposita leguntur pag. 96. lin. 1 — 8.

11. Historia Omari ben hafs ao. H. 151. de provincia Sindia demoti; pag. 98. sumta ex magnis Ettâberii vel Taberistanensis annalibus; et quidem e codice Berolinensi, qui inscriptus est: **تَارِيخُ الْمُلُوكِ وَأَعْمَارِهِمْ وَمَوَالِيدِ الرُّسُلِ وَأَنْبِيَائِهِمْ** **وَالْكَائِنِ الَّذِي كَانَ فِي زَمَنِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ تَأْلِيْفُ أَبِي جَعْفَرٍ مُحَمَّدِ بْنِ جَرِيرِ بْنِ يَزِيدَ الطَّبَرِيِّ رَحْمَةُ اللَّهِ عَلَيْهِ** i. e. annales regum eorumque vitarum, et natalium legatorum Dei eorumque historiarum, atque rerum quae singulorum temporibus evenerunt; opus Abu dschaferis mohammed ben dscherîr ben jesîd Taberistauensis, cujus misereatur Deus. In quo codice edendo integro jam occupor. Rem, cujus expositionem ex annalibus Taberistanensis excerptam in chrestomathia dedi, tribus verbis tetigit Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag. 28.

12. Expeditio Munasi ao. H. 320. contra Bagdadum suscepta, atque interfectio El moktediri chalifae; pag. 105. sumta haec sunt ex annalibus El mesûdii, et quidem e codice Gothano ao. 617 exarato et ab initio mutilo, cui inscripta haec sunt: **الْجِلْدُ الثَّانِي مِنْ تَارِيخِ الْمَسْعُودِيِّ** i. e. tomus secundus annalium El mesûdii; Catalog. Moeller. nro. 261. Annales hi res a chalifis Arabibus, tum in Hispania et Africa, tum in Oriente gestas copiosius exponentes diversi sunt ab eo El mesûdii libro, qui prata aurea **مُرُوجُ الدِّهَبِ** inscriptus est, historiam chalifarum obiter tantum tangente; quamobrem codicem Gothanum opus El mesûdii continere mihi videtur, quod titulum habet **أَخْبَارُ الزَّمَانِ** i. e. historiae temporis. Locum quendam, qui ad res Karmatitarum spectat, e codice Gothano excerptum, ad De Sacyum misi, ut hunc locum vir humanissimus cum codice Parisiensi prata aurea complectente conferret. Respondit vir celeberrimus: „Si l'ouvrage historique, duquel est tiré le passage joint à votre lettre du 27 juillet, est effectivement de Masoudi, il faut que ce soit ou celui qui a pour titre **أَخْبَارُ الزَّمَانِ**, ou un autre intitulé **آلَاسَاطِ**. Ce n'est certainement point le **مُرُوجُ الدِّهَبِ**, où les faits, dont il s'agit dans ce passage, sont racontés très en abrégé. Voici d'ailleurs comment s'exprime Masoudi dans le **الدِّهَبِ** **مُرُوجُ** man. ar. de la biblioth. du Roi. nro. 599. A: **وَلِلْمَقْتَدِرِ بِاللَّهِ أَخْبَارُ حَسَانٍ وَمَا كَانَ فِي أَيَّامِهِ مِنَ الْخُرُوبِ وَالْوَقَايعِ وَأَخْبَارُ ابْنِ أَبِي السَّاجِ وَأَخْبَارُ مُؤَنَسٍ وَأَخْبَارُ سُلَيْمَانَ بْنِ الْحَسَنِ الْجُبَّائِيِّ وَمَا كَانَ مِنْهُ بِمَكَّةَ فِي سَنَةِ سَبْعِ هَشْرَةِ**

وَفَتْشَائِيَّةٍ وَغَيْرِهَا وَمَا كَانَ فِي الْمَشْرِقِ وَالْمَغْرِبِ وَقَدْ أَتَيْنَا عَلَى
جَمِيعِ ذَلِكَ فِي أَخْبَارِ الزَّمَانِ مُفَصَّلًا وَفِي الْكِتَابِ الْأَوْسَطِ مُجْمَلًا
وَذَكَرْنَا مِنْهُ فِي هَذَا الْكِتَابِ لَمَعًا. On peut conclure de là,
presque avec certitude, que le manuscrit, que vous avez
sous les yeux, est une portion du *أَخْبَارِ الزَّمَانِ* „*كتاب*“.

Codex Gothanus, quem attente perlegi, cujusque edendi
curam, suadente Fraehnio, viro de litteris arabicis prac-
clare merito, mihi demandaverat Romanzovius, generosus
studiorum orientalium quondam fautor, ita comparatus esse
mihi videtur, ut jure pro El mesûdii opere haberi possit;
quod enim hic codex etiam res in Hispania gestas exponit,
id contra El mesûdium auctorem non facit, qui Hispanica
quoque tractavit; Conde Geschichte der Herrschaft der
Mauren in Spanien; Band 1. Vorrede. pag. XVI; quae de
inaugurato El kahero chalifa exponit codex, chrestom. pag.
113. declarant, auctorem haec accepisse ab hominibus, qui
rei interfuerunt; quod tempori, quo El mesûdi vixit, con-
sentaneum est. Quam ob rem nescio, an Moellero non assen-
tiendum sit, qui codicem Gothanum false inscriptum se
putare dicit. Expeditionem Munasi, quam in chrestomathia
dedi, breviter commemorat Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag.
364. Locus ex pratis aureis excerptus, quem modo ara-
bicum adposui, hic est: „de El moktedir billa multa tra-
duntur memoratu digna; quae vero illius tempore gesta
sunt bella editaque proelia, et quae tunc gesserunt Ebn
abissâdsch, et Munas, et Soleiman ben el hassan el dschub-
bâi, et quae ipse egit in urbe Mekka anno trecentesimo et
septimo decimo, atque alia, cum quae in regionibus orien-

talibus, tum quae in occidentalibus evenerunt, ea omnia fuse exposuimus in libro Achbâr essemân, atque strictius in libro El awsat; hic vero nonnisi adumbrationem quandam illarum rerum dedimus.“ Titulus **الْكِتَابُ الْأَوْسَطُ** i. e. liber medius, indicare videtur librum mediae molis, qui neque prolixus est, neque adstrictus.

13. Adventus El moïss ledinillae, chalifae Fatemidae, ad urbem El kâhîram, ao. H. 362; pag. 115. Sumta haec sunt ex historia chalifarum Fatemidarum, ab El makrisio, vel Ebn el makrîsio, scriptore celeberrimo, composita, et quidem e codice Gothano; catalog. Moeller. nro. 252. Praeter quem codicem, a fine, quod valde dolendum est, mutilum, aliud hujus operis exemplar, quantum sciam, adhuc non repertum est; Sacy chrestom. arab. second. edit. vol. 2. pag. 123. 124: „les deux derniers ouvrages indiqués par Abou'l mahasen n'existent, à ma connoissance, dans aucune bibliothèque de l'Europe; il seroit cependant important de les posséder; — l'histoire des khalifes Fatémites sur-tout, écrite par Makrizi, ne pourroit manquer d'être d'un très grand-intérêt.“ Porro codex Gothanus autographus, id est ab ipsa El makrîsii manu exaratus esse videtur; scriptus est festinante calamo, adjectaque sunt ab eodem calamo in margine additamenta multa; aliis locis contra spatia vacua relictâ sunt, quae serius complere voluisse videtur auctor; scriptura codicis, quantum ad litterarum ductus attinet, eadem fere est, quae in alio operis cujusdam Makrisiani exemplari Gothano mutilo cernitur, cui inscripta haec sunt: **هَذَا الْكِتَابُ بِحَظِّ مُؤَلِّفِهِ** i. e. hic liber exaratus est ab ipso ejus auctore. catalog. Moeller. nro. 270. Inscriptio codicis haec est: **كِتَابُ اتِّعَاطٍ**

اَلْحَنْفَاءَ بِأَخْبَارِ اَلْخُلَفَاءِ جَمْعُ فَقِيرِ عَقْرِ اَللّٰهِ اَحْمَدُ بْنُ عَلِيٍّ
 بْنُ عَبْدِ اَلْقَادِرِ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ اِبْرَاهِيمَ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ تَمِيمِ بْنِ
 عَبْدِ الصَّمَدِ بْنِ أَبِي اَلْحَسَنِ بْنِ تَمِيمِ اَلشَّيْبَرِيِّ بَابِ اَلْمُقَرَّبِي
 اَلشَّافِعِيِّ غَفَرَ اَللّٰهُ لَهُ وَتَعَمَّدَ بِفَضْلِهِ زَكَّاهُ
 i. e. „liber commo-
 nitionis orthodoxorum in historiis chalifarum positae; quem
 collegit is, qui ignoscentis Dei indiget, scilicet Achmed
 ben ali ben abd el kader ben mohammed ben ibrahim ben
 mohammed ben temim ben abd essamad ben abil hassan ben
 temim, qui adpellatur Ebn el makrissi, schafeïtae, cui Deus
 ignoscat, gratiose condonans quae ab eo peccata sunt.“ Pro
 بِأَخْبَارِ الْأَئِمَّةِ plenius postea scripsit auctor اَلْخُلَفَاءِ
 i. e. in historiis imamorum chalifarum, vel ima-
 morum qui exstiterunt chalifae, scilicet Fatemidarum; ita
 nempe titulus libri in quodam praefationis loco scriptus est,
 quo de instituti sui ratione his verbis disserit auctor:
 وَبَعْدُ فَإِنِّي لَمَّا أَعَانَنِي اَللّٰهُ جَلَّتْ قُدْرَتُهُ وَتَعَالَتْ عَظَمَتُهُ عَلَى
 اِكْمَالِ كِتَابِ عِقْدِ جَوَاهِرِ اَلْأَسْفَاطِ فِي أَخْبَارِ مَدِينَةِ اَلْفُسْطَاطِ
 وَصَمْنَتِهِ مَا وَقَعَتْ عَلَيْهِ وَأَرْشَدَنِي اَللّٰهُ سُبْحَانَهُ إِلَيْهِ مِنْ أَحْوَالِ
 مَدِينَةِ اَلْفُسْطَاطِ مُنْذُ أَفْتَتَحَ أَرْضَ مِصْرَ أَصْحَابِ رَسُولِ اَللّٰهِ صَلَّى
 اَللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَصَارَتْ دَارَ اِسْلَامٍ إِلَى أَنْ قَدِمْتُ جِيُوشَ اَلْإِمَامِ
 اَلْمُعَزِّ لِدِينِ اَللّٰهِ أَبِي تَمِيمٍ مَعَدٍّ مِنْ بِلَادِ اَلْمَغْرِبِ مَعَ عَبْدِهِ وَقَائِدِهِ
 وَكَاتِبِهِ أَبِي اَلْحُسَيْنِ جَوْهَرِ اَلْقَائِدِ اَلصَّقْلِيِّ فِي سَنَةِ ثَمَانِ

وَحَمْسِينَ وَثَلَاثِينَ وَنَزَلَتْ فِي شِمَالِي الْفُسْطَاطِ بِالْمُنَاخِ وَأَسَسَ
 مَدِينَةَ الْقَاهِرَةِ وَحَدَّ بِهَا أَحَبَّبْتُ أَنْ أَضَعَ لِمَنْ مَلَكَ الْقَاهِرَةَ مِنْ
 الْخُلَفَاءِ دِيْوَانًا يَسْتَنِدُ عَلَى جَمَلِ خَبَرِهِمْ وَيَعْرِبُ عَنْ أَكْثَرِ سِيرِهِمْ
 فَجَمَعْتُ هَذَا الْكِتَابَ وَسَمَّيْتُهُ كِتَابَ اتِّعَاطِ الْخُنَفَاءِ بِأَخْبَارِ
 الْأَيَّةِ الْخُلَفَاءِ وَاللَّهِ تَعَالَى أَسْأَلُ أَنْ يَحْفَظَنِي فِيهِ وَفِيمَا خَوَّلَنِي
 مِنْ دُنْيَا وَدِينٍ وَيَجْعَلَنِي يَوْمَ الْفَرَعِ الْأَكْبَرِ مِنَ الْأَمِينِينَ بِمَنِّهِ

وَكَرَمِهِ i. e.: „Deinde haec scias. Postquam me adjuverat
 Deus, cujus potentia veneranda est cujusque majestas
 honore celebranda, ad perficiendum librum, qui inscriptus
 est: monile gemmis arcarum fulgens ex historiis urbis El
 fostât confectum, atque eo complexus eram quae ipse col-
 legeram et quae venerandus Deus mihi aperuerat ex rebus
 in urbe El fostât ab eo inde tempore gestis, quo Aegyp-
 tus a familiaribus legati Dei, cui bene dicat Deus faveat-
 que, occupata, sedes islamismi facta est, ad illud usque
 tempus quo terram ingressus est exercitus imâmi El moïsa
 ledinilla abu temîm maadd ex Mauritania accedens cum
 imâmi servo exercitui praefecto et notario, scilicet Abul
 hosseino dschaubar praefecto Şaklabita, id est ad annum
 trecentessimum quinquagesimum octavum, quo exercitus a
 parte septentrionali urbis El fostât ad cubile camelorum
 castra posuit, ipse vero princeps fundamenta jecit urbis
 El kâhiraë, qua deinde sedem fixit: indicem ego quendam
 eorum quoque chalifarum, qui El kâhiraë imperium tenue-
 runt, conficere volui, quo eorum fata rite commemora-

rentur, atque res ab iis gestae plane exponerentur. Quem in finem hunc librum composui, quem inscripsi: librum commonitionis orthodoxorum in historiis imamorum chali-farum positae. Deum venerandum vero imploro, ut in hac re tractanda, quemadmodum in caeteris quae ille mihi donavit cum perituris tum aeternis, ipse me tueri, meque die illo maxime expavescendo ad eos qui salvi fiunt referre velit ex gratia sua et magnanimitate." Nomen معد, quod habuit El moïss ledinilla, a De Sacyo in edit. prim. chrestom. ar. vol. 1. pag. 74. scriptum est مَعْد, sed in edit. secund. chrestom. ar. vol. 2. pag. 52. quemadmodum etiam in annalib. Abulfed. ed. Adler. vol. 2. pag. 498. factum est, مَعْد, quod emendatius positum existimo. Ad initium capitis, quod in chrestomathia dedi pag. 115. auctor in margine cōdicis Gothani additamentum hoc adscripsit: فِي يَوْمِ

الْأَثْنَيْنِ لَثَمَانِ بَقِيْنَ مِنْ شَوَّالِ سَنَةِ إِحْدَى وَسِتِّينَ وَثَلَاثِمِائَةٍ
نَخَلَ الْمَعْرُ لِدِينِ اللَّهِ أَفْرِيقِيَّةَ وَفِي يَوْمِ الْأَثْنَيْنِ رَابِعَ عَشَرَ
مِنْ جُمَدَى الْأُولَى سَنَةِ أَثْنَتَيْنِ وَسِتِّينَ نَزَلَ بِقَصْرِ خَارِجَ بَرْقَةِ
وَوَصَلَ إِلَى الْأَسْكَندَرِيَّةِ يَوْمَ الْجُمُعَةِ لِسِتِّ بَقِيْنَ مِنْ شَعْبَانَ
وَنَزَلَ نَحْتِ مَنَارَتِهَا ثُمَّ سَارَ

i. e.: „die lunae, et quidem octo restantibus noctibus de mense Schewwāl anni trecentesimali sexagesimi primi ingressus est El moïss ledinilla urbem Ifrikijja, atque die lunae, scilicet quarto decimo primi mensis Dschomāda, anno sexagesimo secundo ad castellum suum prope Barkam situm accessit; ad Alexandriam vero pervenit die veneris, sex restantibus noctibus

de mense Schabân, castraque posuit prope turrem hujus urbis; deinde profectus est.“ Post verba **ثُمَّ سَارَ** auctor procul dubio legi voluit, quae in chrestomathia pag. 115. posita sunt prima; scilicet **وَنَزَلَ الْمُعِزُّ إِلَى الْجَبَةِ الْحِجْزِ** atque castra posuit El moïss ad El dschisam, etc. Additamentum aliud in margine codicis Gothâni adscripsit auctor ad locum, chrestom. pag. 121. quo de umbella sacra **الشَّمْسِيَّةُ** ab El moïss confecta agitur, et quidem hoc:

أَوَّلُ مَنْ عَمِلَ الشَّمْسِيَّةَ لِلْكَعْبَةِ أَمِيرُ الْمُؤْمِنِينَ جَعْفَرُ الْمُتَوَكِّلِ عَلَى اللَّهِ فَبَعَثَ بِسَلْسَلَةٍ مِنْ ذَهَبٍ كَانَتْ تُعَلَّقُ مَعَ الْيَاقُوتَةِ الَّتِي بَعَثَهَا الْمُأْمُونُ وَصَارَتْ تُعَلَّقُ كُلُّ سَنَةٍ فِي وَجْهِ الْكَعْبَةِ فَكَانَ يُوقَى بِهِ فِي السَّلْسَلَةِ فِي كُلِّ مَوْسِمٍ وَفِيهَا شَمْسِيَّةٌ مُكَلَّلَةٌ بِالذَّرِّ وَالْيَاقُوتِ وَالْجَوْهَرِ قِيَمَتُهَا شَيْءٌ كَثِيرٌ فَتَقَدَّمَ بِهَا قَائِدٌ يَبِيعُ بِهِ مِنَ الْعِرَاقِ فَتَدْفَعُ إِلَى حُجَّةِ الْكَعْبَةِ وَيَشْهَدُ عَلَيْهِمْ بِقَبْضِهَا فَيَعْلَقُونَهَا يَوْمَ سَادِسِ الثَّمَانِ فَتَكُونُ عَلَى الْكَعْبَةِ ثُمَّ

يُنَزَّعُ يَوْمَ التَّرْوِيَةِ i. e.: „Primus vero umbellam Kaabae paravit princeps fidelium Dschafer el motewekkel alalla; hic enim eo misit catenam auream, quae suspendebatur una cum hyacintho illo, quem miserat El mamûn; et quidem ab eo inde tempore singulis annis in fronte Kaabae suspensa est, quae quocunque conventu sacro hac catena muniebatur. Catenae affixa erat umbella magni pretii, margaritis, hyacinthis aliisque gemmis coronata, quam

praefectus quidam ex Irāka missus secum advehabat; trahebatur ea deinde janitoribus Kaabae, quos eam accepisse dato testimonio significabatur. Tum ab his umbella die sexto octo dierum suspensa in Kaaba fixa cernebatur, donec detraheretur die Terwijae. Adventum El moïss ledinillae ad El kahiram breviter commemoravit Abulfeda, ed. Adler. vol. 2. pag. 498.

14. De Hammādo, narratore insigni memoria claro; pag. 124. sumta sunt ex libro historico Ebn challekāni, qui inscriptus est **وَفَيَاتُ الْأَعْيَانِ وَأَنْبَاءُ أَبْنَاءِ الرَّمَانِ** i. e. mortes principum atque historiae filiorum temporis. Scripturam sumsi e codice Gothano, Catalog. Moeller. nro. 414. atque duobus codicibus Berolinensibus.

15. De Assa el meila, cantatrice clara; pag. 130. sumta sunt e codice Parisiensi, quo continetur magnus cantilenarum liber **كِتَابُ الْأَغَانِي الْأَكْبَرِ** quem composuit Abul faradsch ali ben hossein el isfahāni, vel: el isbahāni, i. e. Isfahanensis. In usum meum adhibui quoque epitomen Gothanam ex eodem opere excerptam, Catalog. Moeller. nro. 532.

16. De Dschemilo ben mamer, poëta Udsrita claro; pag. 141; sumta sunt e libro Parisiensi, qui inscriptus est **Eswāk el eschwāk**, supra memorato; ad nro. 3.

17. Carmina ab auctoribus variis edita; pag. 151 — 176. deprompta sunt omnia, excepto uno, e libro Parisiensi, qui inscriptus est: **pratum floridum odorque fragrans**, supra memorato, ad nr. 8; unum vero, quod pag. 154 legitur

a Saïdo ben hamîd editum, ex magno cantilenarum libro كِتَابُ الْأَغَانِي الْكَبِيرِ sumpsi. Varia argumenta haec carmina celebrant, abinentiam, modestiam, patientiam, mansuetudinem, jocationem, fugam temporis, fortunam, cantum columbae, amorem, venustatem mulierum, splendorem novi veris, vinum, potum matutinum, lenem auram, poma aurantia alta nive inpersa, murmurantes undas ramosque flexiles. Quae denique a pag. 168 ad pag. 176 posita leguntur, epigrammata sunt in varios flores pomaque varia dicta, et quidem in nymphaeam, narcissum, rosam, violam, leucoion, jasminum, rosam caninam, ocimum, florem mali granatae, florem pomi aureae, florem amygdali, florem mali persicae, salicem, tamaricem; deinde in pomum, malum citreum, malum armeniacum, amygdalum, malum aureum, pistacium, pirum, dactylos, ficum et arundinem sacchari. Ex quo genere multa apud Arabes reperiuntur lepide et acute dicta.

Qui vero, postquam hac chrestomathia tractata in legendis arabicis aliquantum se exercuerunt, ad altiora et difficiliora progredi cupiunt, iis inprimis commendandam habeo chrestomathiam arabicam amplam, a Silvestro de Sacy, viro in his litteris apud nos principe, Lutetiae, ao. 1826 iterum editam, justa laude cumulatam, ex qua id quoque tirones discant, quam multa in libris arabicis consignata sint lectu digna. Quo cum volvendo libro praeclaro utiliter etiam conjungetur lectio anthologiae arabicae, a Grangeret de Lagrange, viro sermonis arabici peritissimo, Lutetiae, ao. 1828 editae, qua auctor praeclara multa, ex poësi Arabum deprompta, complexus est. Etsi enim hi libri adjectis lexicis explanati non sint, additae

tamen translationes et adnotationes aditum ad eos tironibus minus impeditum reddunt.

Denique mei officii hoc loco esse putavi, ut J. H. Moellero, viro doctissimo, qui, qua est humanitate, codices Gothanos quaerenti mihi officiose obtulit, eosque volvendos benigne semper permisit, pro tam magno beneficio justas debitasque gratias agam.

Scripsi Gryphisvaldiae mense Maio a. MDCCCXXVIII.

Jo. Godofr. Lud. Kosegarten.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ وَهُوَ حَسْبِي وَنِعْمَ الْوَكِيلُ

قِصَّةُ الصَّبْرِ الْبَغْدَادِيِّ

وَفِي مَأْخُذَةٍ مِنْ كِتَابِ أَلْفِ لَيْلَةٍ وَلَيْلَةٍ

حِكْيَ وَاللَّهُ أَعْلَمُ بِغَيْبِهِ وَأَحْكَمُ وَالْطُّفُّ وَأَرْحَمُ فِيمَا مَضَى
وَتَقَدَّمَ وَسَلَفَ مِنْ أَحَادِيثِ الْأُمَمِ أَنَّ الْمَعْتَصِدَ بِاللَّهِ كَانَ عَالِي
الْهِمَّةِ كَبِيرِ النَّفْسِ عَادِلًا لَهُ بِيَعْدَادٍ سِتْمَائِيَّةٍ صَاحِبِ خَيْرٍ فَمَا
كَانَ يَخْفَى عَلَيْهِ مِنْ أُمُورِ النَّاسِ شَيْءٌ فَخَرَجَ هُوَ وَابْنُ حَمْدُونَ
يَوْمًا لِيَتَفَرَّجُوا عَلَى الْأَعْوَامِ وَيَسْمَعُوا مَا يَجَدُّدُ مِنْ أَخْبَارِ النَّاسِ
فَحَمِيَ عَلَيْهِمُ الْحَرُّ وَالْهَاجِيرُ وَقَدْ انْتَهَوْا إِلَى شَارِعٍ نَظِيفٍ فَرَّادًا فِي
رَأْسِ الرُّقَابِ دَارًا حَسَنَةً شَاحِنَةً الْيَنْبِيَّانِ فَجَلَسُوا عَلَى الْأَبَابِ
لِيَسْتَرْجِعُوا فَخَرَجَ مِنْ تِلْكَ الدَّارِ خَادِمٌ وَمَعَهُ آخَرُ كَانَتْ قِطْعَةً
قَمَرٍ وَأَحَدُهُمَا يَقُولُ لِصَاحِبِهِ إِنَّ أَسْتَاذَنَا الْيَوْمَ صَيِّفُ الصَّدْرِ لِأَنَّهُ
قَدْ صَارَ هَذَا الْوَقْتُ وَمَا أَتَاهُ أَحَدٌ وَهُوَ يُحِبُّ الصَّيْفَ فَاعْجَبَ
الْخَلِيفَةُ كَلَامَهُ وَقَالَ هَذَا دَلِيلٌ عَلَى كَرَمِ صَاحِبِ هَذِهِ الدَّارِ

وَلَا بُدَّ أَنْ نَدْخُلَ الْيَوْمَ إِلَيْهِ لِنَنْظُرَ مَرَّتَهُ وَكَرَمَهُ وَيَكُونَ ذَلِكَ
 سَبَبًا إِلَى نِعْمَةٍ تَصِلُ إِلَيْهِ مِنْهُ ثُمَّ قَالَ لِلْخَادِمِ اسْتَأْذِنْ سَيِّدَكَ
 عَنْ قَوْمٍ غُرَبَاءَ وَكَانَ الْخَلِيفَةُ فِي ذَلِكَ الزَّمَانِ إِذَا أَرَادَ الْفَرَجَةَ
 عَلَى الْأَعْوَامِ يَتَنَكَّرُ فِي زِيِّ الْجَارِ فَفَرَحَ الْخَادِمُ وَدَخَلَ عَلَى
 سَيِّدِهِ وَأَخْبَرَهُ فَفَرَحَ وَقَامَ قَائِمًا وَهُوَ كَأَنَّهُ قَصِيبُ بَابٍ وَخَرَجَ
 إِلَيْهِمْ بِنَفْسِهِ وَإِذَا بِهِ جَمِيلُ الصُّورَةِ حَسَنَ الْوَجْهِ وَعَلَيْهِ قِيَمٌ
 سَابُورِي وَرِدَاءٌ يَدُهُ بِدَهَبٍ أَمِيرِي وَخَوَاتِيمُ فِي أَصَابِعِهِ مِنْ سَائِرِ
 الْمَعَادِنِ وَالْيَوَاقِيتِ وَهُوَ مُنَجِّجٌ بِالطِّيبِ نَحِيزٍ رَاحِمٌ قَالَ مَرَحَبًا
 وَأَهْلًا وَسَهْلًا بِالسَّادَةِ الْمُنْعِيْنِ الْمُتَفَضِّلِينَ أَنْعَامًا عَلَيْنَا

قَالَ أَبُو مُحَمَّدٍ فَدَخَلْنَا إِلَى دَارِ كَأَنَّهَا الْجَنَّةُ وَفِي وَسْطِهَا
 بُسْتَانٌ مُخْتَلَمٌ الْحَيْطَانِ وَفِي مَصُورَةٍ عَلَى مِثَالِ مَلِكَيْنِ فِي
 الْحَرْبِ وَفِيهَا مِنْ جَمِيعِ الْأَشْيَاءِ مَا بَيْنَ رَاكِبٍ وَمَاشٍ وَطَائِرٍ
 مُدْهَبَةٍ وَالْدَّارُ تَدْهَشُ بِالْبَصَرِ وَفِي مَفْرُوشَةٍ بِأَنْوَاعِ الْحَرِيرِ وَالْدَّبِيَّاجِ
 فَرَفَعَ لَهُمْ مِنْ مَرْتَبٍ فَجَلَسُوا عَلَيْهِ وَجَعَلَ الْمُعْتَصِدُ يَتَأَمَّلُ الدَّارَ
 وَالْفَرَشَ وَالسُّتُورَ قَالَ أَبُو مُحَمَّدٍ فَرَأَيْتُ وَجْهَ الْخَلِيفَةِ وَقَدْ تَغَيَّرَ
 وَكُنْتُ أَعْرِفُهُ فِي حَالِ الرِّضَى وَالْغَضَبِ فَلَمَّا رَأَيْتُهُ قُلْتُ فِي نَفْسِي
 يَا تَرَى مَاذَا بِهِ حَتَّى غَضِبَ ثُمَّ جَاءُوا بِطُشْتٍ مِنَ الدَّهَبِ
 فَعَسَلْنَا أَيْدِينَا ثُمَّ جَاءُوا بِسُفْرَةٍ مِنَ الْحَرِيرِ وَمَايِدَةٍ مِنَ الْكَهْزَرَانِ

فَكشَفْتُ فَإِذَا فِيهَا طَعَامٌ كَزَقَرِ الرَّبِيعِ الْوَأْنُ الْوَأْنُ ثُمَّ قَالَ صَاحِبُ
 الدَّارِ بِسْمِ اللَّهِ يَا سَادَةَ أَنَا وَاللَّهِ قَدْ مَضَى الْجُوعُ بِسْمِ اللَّهِ
 انْعَمُوا وَتَفَضَّلُوا وَكُلُوا وَجَعَلَ يَكْسِرُ الدَّجَاجَ وَيَضَعُهَا بَيْنَ أَيْدِينَا
 وَيَضْحَكُ وَيُحَدِّثُنَا وَيُنْشِدُنَا الْأَشْعَارَ وَيُرَوِّى الْأَخْبَارَ مَا يَلِيفُ
 بِالْمَجْلِسِ ثُمَّ جَاءُوا بِالْحُلُوى الرَّبِيعِ الرَّابِيعَةِ فِي أَنْوَاعٍ الْوَأْنِ
 الْفَاخِرَةِ فَأَكَلْنَا وَغَسَلْنَا أَيْدِينَا وَنَقَلْنَا إِلَى مَجْلِسٍ آخَرَ قَدْ رُشَّ
 بِمَاءِ الْوَرْدِ وَخَرَّ بِالْعُودِ وَفِي ذَلِكَ طَبَقُ الْفَاكِهَةِ مِنَ التَّقَاجِ
 وَالرَّجَحَانِ وَالْبُنُوفِ وَقَدْ صَارَ الْمَكَانُ يُدهِشُ الْأَبْصَارَ قَالَ أَبُو
 مُحَمَّدٍ وَمَعَ ذَلِكَ كُلِّهِ الْخَلِيفَةُ لَا يَضْحَكُ وَهُوَ مُعَبِّسٌ وَعَادَتُهُ
 يَنْبَسِطُ لِأَنَّهُ يُحِبُّ اللَّهْوَ وَالْإِنْشِرَاحَ وَأَنَا أَعْرِفُهُ غَيْرَ حَسُودٍ وَلَا
 ظُلُومٍ وَأَنَا أَقُولُ فِي نَفْسِي يَا تَرَى لَأَيِّ شَيْءٍ هُوَ مُعَبِّسُ الْوَجْهِ
 ثُمَّ جِئَ بِأَطْبَاقِ الشَّرَابِ بِمَرَاكِنِهَا وَمَرَامِيهَا وَفِيهَا مِنَ الشَّرَابِ
 الْصَرِفِ الْمُعْطَرِ الْمُرَوِّقِ وَبَوَاطِ وَطَاسَاتٍ مِنْ ذَهَبٍ وَفِصَّةٍ وَبَلُورٍ
 وَقَدَّمَ لَنَا أَنْوَاعَ الثَّقَلِ وَالْفَوَاكِهِ فِي آوَانِ الْفِصَّةِ وَالذَّهَبِ وَضَرَبَ
 صَاحِبُ الدَّارِ عَلَى الْمَدَارَةِ بِقَضِيبِ الْخَيْرِزَانِ فَإِذَا بِيَابٌ مَقْصُورَةٌ
 فُتِحَ وَخَرَجَ مِنْهَا ثَلَاثُ جَوَارٍ نَهْدَاءَ أَبْكَارٍ كَالشُّمُوسِ وَالْأَزْهَارِ
 وَاحِدَةٌ عَوَادَةٌ وَالْآخَرَى جَنْبِيَّةٌ وَالثَّلَاثَةُ رَقَاصَةٌ قَالَ أَبُو مُحَمَّدٍ
 وَضَرَبُوا بَيْتَ سِتَارَةٍ مِنَ الدِّيَاجِ بِشَرَارِيبِ إِبْرِسِمٍ وَحَلَقَ مِنْ

فَقَبِ فَلَمْ يَلْتَفِتِ الْمُعْتَصِدُ إِلَى هَذَا كَلِمَةً لَكِنَّهُ نَظَرَ إِلَى صَاحِبِ
الدَّارِ وَقَالَ أَشْرِيفُ أَنْتَ أَخْبَرْتَنِي عَنْ خَالِكَ وَصَاحِبِ الدَّارِ
لَمْ يَعْلَمْ مَنْ هُوَ الَّذِي عِنْدَهُ فَقَالَ الرَّجُلُ وَاللَّهِ يَا سَيِّدِي
مَا أَنَا شَرِيفًا وَلَكِنَّ أَنَا رَجُلٌ مِنْ أَوْلَادِ التِّجَارِ أَعْرِفَ بَعْلِي بَنَ
أَحْمَدَ الْخُرَّاسَانِي فَقَالَ الْمُعْتَصِدُ أَتَعْرِفُنِي يَا رَجُلٌ فَقَالَ الرَّجُلُ وَاللَّهِ
يَا سَيِّدِي لَمْ يَكُنْ لِي عِلْمٌ بِأَحَدٍ مِنْ جَنَابِكُمْ الْكَبِيرِ فَقَالَ
لَهُ ابْنُ تَهْمَدُونَ يَا رَجُلٌ هَذَا الْمُعْتَصِدُ أَمِيرُ الْمُؤْمِنِينَ ابْنُ
الْمُتَوَكِّلِ عَلَى اللَّهِ فَقَامَ الرَّجُلُ وَقَبَّلَ الْأَرْضَ بَيْنَ يَدَيْهِ الْخَلِيفَةُ
سَبْعَ مَرَّاتٍ وَوَقَفَ يَرْتَعِدُ مِنْ خَوْفِهِ وَقَالَ يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ بِحَقِّ
أَبَائِكَ الطَّاهِرِينَ إِنْ كَانَ لِي زَلَّةٌ أَوْ أَخْطَأْتُ بَيْنَ يَدَيْكَ فَاعْفُ
عَنِّي فَقَالَ لَهُ الْمُعْتَصِدُ أَمَّا مَا صَنَعْتَهُ فَلَا مَزِيدَ عَلَيْهِ وَأَمَّا
هَافُنَا شَيْءٌ إِنْ صَدَّقْتَنِي حَدِيثَهُ وَاسْتَقَرَّ ذَلِكَ فِي عَقْلِي فَاجْتَوَتْ
مِثْرِي وَإِنْ لَمْ تُعْرِفْنِي صَحَّتْ أَخْبَارُكَ بِحَاجَتِي وَاجْتَبَتْكَ وَعَدَّتْكَ
عَدَابًا مُوجِعًا قَالَ مَعَاذَ اللَّهِ أَنْ أُحْدِثَكَ بِالْمُحَالِ فَقَالَ الْخَلِيفَةُ
أَنَا مِنْ حِينَ دَخَلْتُ الدَّارَ أَنْظُرُ إِلَى حُسْنِهَا وَأَوَانِيهَا وَفُرْشِهَا
وَزِينَتِهَا حَتَّى ثِيَابِكَ فَإِذَا عَلَيْهَا مَكْتُوبٌ أَسْمُ جَدِّي الْمُتَوَكِّلِ
قَالَ الرَّجُلُ نَعَمْ يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ الْحَقُّ مَعَكَ وَالصِّدْقُ وَدَادَكَ
لَا سِيَّامًا بِحَضْرَتِكَ فَأَمَرَهُ بِالْجُلُوسِ فَجَلَسَ فَقَالَ حَدَّثَنِي

فَقَالَ نَعَمْ يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ أَعْلَمَ أَيْدِكَ اللَّهُ بِنَصْرِهِ أَنَّهُ
لَمْ يَكُنْ فِي بَغْدَادَ أَيْسَرُ مِنْ أَبِي وَلَكِنْ أَخْلَى لِي سَمْعَكَ وَبَصَرَكَ
يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ وَكَانَ أَبِي بِسُوءِ الصَّرْفِ وَالْعَطَارِينَ وَالْبَزَارِينَ
لَهُ بِكُلِّ سُوءٍ حَانُوتٌ وَوَيْكِلَ لَهُ بِضَائِعٌ مِنْ سَائِرِ الْأَصْنَافِ
وَكَانَ لَهُ فِي سُوءِ الصَّرْفِ حُجْرَةٌ لَطِيفَةٌ مِنْ دَاخِلِ الدُّكَّانِ وَالْدُّكَّانُ
لِلْبَيْعِ وَالشِّرَاءِ وَالْحُجْرَةُ لِلْخُلُوةِ يَعْمَلُ فِيهَا وَحْدَهُ وَكَانَ مَالُهُ يَكْثُرُ
وَيَزِيدُ وَلَمْ يَكُنْ لَهُ وَلَدٌ غَيْرِي وَكَانَ مُجِبًّا لِي مُشْفِقًا عَلَيَّ
يُذِلُّنِي إِلَيَّ أَنْ كِبَرْتُ فَمِنْ حَضَرَتِهِ الْوَفَاءُ اسْتَدْعَانِي وَأَوْصَانِي
بِتَقْوَى اللَّهِ تَعَالَى وَعَرَفَنِي بِجَمِيعِ مَا يَتْرُكُهُ وَبِطَاعَةِ وَالِدِي
وَالرُّجُوعِ إِلَى قَوْلِيهَا فَتَوَفَّيَ إِلَى رَحْمَةِ اللَّهِ تَعَالَى وَابْقَى اللَّهُ مَوْلَانَا أَمِيرَ
الْمُؤْمِنِينَ فَأَكَلْتُ وَشَرِبْتُ وَاتَّخَذْتُ الْأَصْحَابَ وَالْأَصْدِقَاءَ وَأُمِّي
تُعَذِّلُنِي وَتَلُومُنِي فَلَا أَسْمَعُ كَلَامَهَا حَتَّى ذَهَبَ الْمَالُ جَمِيعَةً
وَبِعْتُ الْعَقَارَ وَلَمْ يَبْقَ لِي شَيْءٌ غَيْرَ الدَّارِ الَّتِي أَنَا سَاكِنُهَا
وَكَانَتْ دَارًا حَسَنَةً فَقُلْتُ لِأُمِّي أُرِيدُ أَنْ أَبِيعَ الدَّارَ فَقَالَتْ يَا
بُنَى تَفْتَضِصُحْ وَتَفْضَحُنَا وَتَتْرُكُنَا لَا نَعْلَمُ أَى مَكَانٍ نَأْوِي إِلَيْهِ
فَقُلْتُ أَشْتَرِي بَعْضَ ثَمَنِهَا دَارًا وَأَتَجِرُ بِالْبَاقِي فَقَالَتْ بِكُمْ فِي
دِينِكَ تَبِيعُهَا قُلْتُ بِخَمْسَةِ آلَافِ دِينَارٍ أَشْتَرِي مِنْهَا دَارًا بِأَلْفِ
دِينَارٍ ثُمَّ أَتَجِرُ بِالْبَاقِي قَالَتْ فَتَبِيعْنِي الدَّارَ بِهَذَا الْمِقْدَارِ قُلْتُ

نَعَمْ فَجَاءَتْ إِلَى طَابِقَةٍ وَكَشَفَتْهَا وَإِذَا بَرْنِيَّةٌ صَبِيَّةٌ فِيهَا خَمْسَةُ
 آلَافِ دِينَارٍ فَتَخَيَّدَ لِي أَنَّ الدَّارَ كُلَّهَا ذَهَبٌ ثُمَّ قَالَتْ لِي يَا
 بَنِي لَا يَتَصَوَّرُ فِي عَقْلِكَ أَنَّ هَذَا مِنْ مَالِ أَبِيكَ وَاللَّهِ يَا بَنِي
 هَذَا تَرِكَهُ أَبِي أَدَّخَرْتُهُ لِمِثْلِ هَذِهِ الصَّبِيغَةِ قَالَ فَأَخَذْتُ يَا أَمِيرَ
 الْمُؤْمِنِينَ مِنْهَا أَلْمَالِ وَقَعَدْتُ إِلَى مَا كُنْتُ عَلَيْهِ مِنَ الْأَكْلِ وَالشَّرْبِ
 وَالصُّحْبَةِ إِلَى أَنْ نَفَدَتِ الْخَمْسَةُ آلَافِ دِينَارٍ وَأُمِّي تَنْصَحُنِي وَأَنَا
 لَا أَقْبَلُ مِنْهَا نَصِيحَةً فَلَمَّا نَفَدَ أَلْمَالُ قُلْتُ لَهَا يَا أُمِّي أُرِيدُ أَنْ
 أَبِيعَ الدَّارَ فَقَالَتْ أَلَمْ تَكُنْ بَعْتَنِي إِيَّاهَا فَكَيْفَ تَسْجِدُ بَيْعَهَا
 ثَانِيًا فَقُلْتُ لَا تُطِيلِي لَا بَدَّ مِنْ بَيْعِهَا فَقَالَتْ بَعْنِي إِيَّاهَا عَلَى
 شَرْطٍ ثُمَّ أَخْرَجَتْ لِي خَمْسَةَ عَشَرَ أَلْفَ دِينَارٍ عَلَى أَنْ تَتَوَلَّى فِي
 أَمْرِي بِنَفْسِهَا فَاجْتَبَيْتُهَا إِلَى ذَلِكَ فَطَلَبْتُ وَكَلَّاهُ أَبِي وَأَعْطَيْتُ كُلَّ
 وَاحِدٍ مِنْهُمْ أَلْفَ دِينَارٍ وَأَعْطَيْتُ خَمْسَةَ آلَافِ دِينَارٍ فَقَعَدْتُ فِي
 حُجْرَتِي وَجَاوَأَ جَمِيعُ أَهْلِي وَصَارَ النَّاسُ يَبْتَاعُونَ مِنِّي وَأَبْتَاعَ مِنْهُمْ
 وَطَابَ لِي الرِّبْحُ وَالْمَكَّاسِبُ وَكَثُرَ مَالِي فَلَمَّا رَأَيْتُ أُمِّي عَلَى تِلْكَ
 الْحَالَةِ أَظْهَرْتُ لِي أَسْفَاطًا فِيهَا جَوْهرٌ وَأَنْيَّةٌ مِنَ الذَّهَبِ وَالْفِصَّةِ
 ثُمَّ عَادْتُ إِلَى أَمْلَاكِي الَّتِي كَانَتْ وَقَعَ فِيهَا التَّنْفِيزُ وَأَكْثَرُ وَنَقِيبُ
 عَلَى هَذَا الْحَالِ مَدَّةً فَاسْتَقْتُ أَنْ أَنْظُرَ دُكَّانِي الَّتِي كَانَتْ لِأَبِي
 فِي سَوِيِّ الصَّرْفِ فَطَابَتْ لِي فَتَقَلْتُ جَمِيعَ حَوَائِجِي إِلَيْهَا فَكَانَ

رَزَقَ بِهَا وَاسِعٌ أَكْثَرَ مِنَ الْأَوَّلِ وَجَاوَا وَكَلَّيَا فَاعْظِيْنَهُمُ الْبَصَائِعَ
فَرَبَّنِيْتُ فِي الدُّكَّانِ حَجْرَةً ثَانِيَةً

فَإِنَّا جَالِسٌ فِيهَا يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ يَوْمًا مِنَ الْأَيَّامِ وَإِذَا
بِجَارِيَةٍ أَقْبَلَتْ لَمْ تَرَ الْعُيُونُ أَجَدَ مِنْهَا مَنْظَرًا وَقَالَتْ أَهَذِهِ
حَجْرَةُ الشَّيْخِ أَبِي الْحَسَنِ أَبِي أَحْمَدَ الْخُرَّاسَانِيِّ قُلْتُ نَعَمْ قَالَتْ
وَأَيُّنَ هُوَ قُلْتُ أَنَا هُوَ فَاحْجَرْتِ يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ وَغَابَ رُشْدِي
مِنْ حُسْنِهَا وَجَمَالِهَا فَجَلَسْتُ وَقَالَتْ قُلْ لِعَلَامِكَ قَبِيرَنَ ثَلَاثِيَّةٍ
دِينَارٍ فَأَمَرْتُهُ فَوَزَنَ لَهَا فَأَخَذَهَا وَأَنْصَرَفْتُ وَأَنَا مُنْدهِشُ الْعَقْلِ
فَقَالَ لِي غَلَامِي أَتَعْرِفُهَا قُلْتُ لَا وَاللَّهِ قَالَ فَلِمَ قُلْتَ لِي زَيْنَ لَهَا
فَقُلْتُ وَاللَّهِ مَا تَمَالَكْتُ عَقْلِي مِمَّا تَهَرَّتِي مِنْ جَمَالِهَا وَمَا تَمَالَكْتُ
نَفْسِي فَقَامَ الْغُلَامُ وَتَبِعَهَا مِنْ غَيْرِ عِلْمِي ثُمَّ عَادَ إِلَيَّ وَهُوَ
يَبْكِي وَفِي وَجْهِهِ أَثَرُ لُطْمَةٍ وَضَرْبَةٍ فَقُلْتُ لَهُ مَا بِكَ قَالَ تَبِعْتُ
التَّجَارِيَةَ حَتَّى أَنْظَرَ أَيْنَ تَمْصِي فَلَمَّا أَحْسَسْتُ فِي رَجَعْتُ إِلَيَّ
وَلُطْمَتَنِي هَذِهِ اللَّطْمَةُ كَأَنِّي تَقْلَعُ بِهَا عَيْنِي قَالَ فَمَكَثْتُ شَهْرًا ثُمَّ
أَرَاهَا يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ وَأَنَا مُغْرَمٌ بِهَا أَرَاهَا كُلَّ لَيْلَةٍ فِي الْمَنَامِ
فَلَمَّا كَانَ آخِرُ الشَّهْرِ وَإِذَا بِهَا وَقَدْ دَخَلَتْ وَسَلَّمَتْ فِكِدْتُ أَطْبِيبُ
فَرَحًا وَسُرُورًا فَسَأَلْتَنِي عَنْ خَبَرِي وَقَالَتْ مَا قُلْتَ كَيْفَ خَبَرُ
هَذِهِ الْمُحْتَالَةِ أَخَذْتُ مَالِي وَأَنْصَرَفْتُ فَقُلْتُ وَاللَّهِ يَا مَوْلَايَ إِنَّ

مَالِي وَرُوحِي مِلْكُكَ لَكَ فَسَفَرْتُ عَنْ وَجْهِهَا لِتَسْتَرِيحَ وَالْحَكِي
يَلْعَبُ عَلَى صَدْرِهَا ثُمَّ قَالَتْ لِي زَيْنُ لِي خَمْسِمِائَةِ دِينَارٍ فَقُلْتُ
سَمِعَا وَطَاعَةً فَوَزَنْتُ لَهَا الذَّهَبَ فَأَخَذَتْهُ وَانْصَرَفَتْ فَقُلْتُ لِلْغُلَامِ
اتَّبِعْهَا فَتَبِعَهَا ثُمَّ حَادَ إِلَى وَهُوَ مَضْجُوعٌ فَبَقِيَتْ مُدَّةً وَهِيَ كَرَّتْ ثَلَاثَ
حَتَّى إِذَا كَانَ ذَاتَ يَوْمٍ فَإِذَا بِهَا قَدْ أَقْبَلَتْ فَجَلَسْتُ وَتَحَدَّثْتُ
سَاعَةً ثُمَّ قَالَتْ لِي زَيْنُ لِي خَمْسِمِائَةِ دِينَارٍ فَإِنِّي قَدْ أَحْبَبْتُ
إِلَيْهَا فَأَرَدْتُ أَنْ أَقُولَ لَهَا عَلَى أَيْ شَيْءٍ أُعْطِيكَ مَالِي وَالَّذِي
يَقْلِبُ يَمْنَعَنِي الْكَلَامَ وَأَنَا يَا أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ إِذَا رَأَيْتُهَا تَرْتَعِدُ
مَفَاصِلِي وَيَصْفُرُّ لَوْنِي وَأَنْسَى مَا أَقُولُ وَأَنَا قَالٌ بَعْضُهُمْ
شَعْرٌ

فَمَا هُوَ إِلَّا أَنْ أَرَاهَا فَجَاءَتْ
فَأَبْهَتُ حَتَّى لَا أَكَادُ أُجِيبُ
فَارْجِعْ عَنْ رَأْيِ الَّذِي كُنْتُ أَرْتَأِي
وَأَذْكَرُ مَا أَعْدَدْتُ حِينَ تَغِيبُ

